

Littere Ducis Prussiae ad Dominum Cancellarium Regni Poloniae.

Ex ms. bibl. Zaluzki.

[Ut pro eodem Joanne Koesse apud Regiam Majestatem studium suum interponat.]

[Illustri, et Magnifico Domino, Domino Amico Nobis sincerè dilecto, Domino Joanni Zamoycki Supremo Regni Poloniae Cancellario, et Exercitus Generali, Cracoviensium, Marienburgensium, Kresnoviensium, ac Miedricensium, ac Capitaneo.]

[Georgius Fridericus Dei Gratia Marchio Brandenburgensis, ac in Prussia, Stetini, Pomerania, Cassubarum, Vandalorumque, nec non in Silesia Carnovia ac Dux Burga Norimbergensis, ac Princeps Rugiae Eisdem salutem et omnem felicitatem optat.]

Illustris, ac Magnifica Domine, Amice sincerè Nobis dilecte.

Non ignotum Magnificentiae tuae arbitramur, jam dudum Jamatum Civem nostrum urbis Nostrae Regiomontanae fideliter Nobis dilectum, Joannem Koesse, unà cum aliis quibusdam sociis suis mutuam quoddam exigere, superiori Divae Regiae Majestati Poloniae, et durissimo illò tempore, ~~et~~ ^{quum} hostis Moschus Livoniam assiduo bello premeret, ad communem utilitatem Majestati ejus in summo perè flagitanti conceditum, cujus mutui solutionem ~~et~~ ^{quum} ~~in~~ ^{hunc usq}

13
hunc usq[ue] diem ipse, et consortes ejus, quod gravissimo
ipsis detrimento cessit, consequi non potuerit, nunc vero
tandem ~~cum~~ ^{quum} Sacra Regia Majestas Poloniae moderna,
~~tandem~~ Dominus, et Affinis Noster colendissimus,
ut ~~de~~ diuturnis istis molestiis, quas ratione istiusmodi
debitorum sustinere necessum habet, liberet, ad inquisiti-
onem, et cognitionem Debitorum, et aliarum rerum Li-
voniensium in instantibus hisce Comitibus Varsoviensibus
^(commissionem) instituerit. Facere sane non potuimus, quin Civem
hunc nostrum, ejusq[ue] consortes, ratione istius debiti quam
diligentissime commendaremus, quod equidem tanto facimus
studio, ut majori vix possimus, amanter petentes, ut Ma-
gnificencia Vestra, ubi de equitate cause ipsorum
constiterit, apud Sacram Regiam Majestatem
auctoritate sua efficere velit, ne bonos hosce Civis pro
pensissimae suae ad commune Regni bonum ju-
vandum voluntatis, officiiq[ue] sui necessario plane
tempore Reip[ublicae] ^{publicae} praestiti, etiam privatis suis commodis
postpositis, praeritere possit. Factura Magnificencia
Vestra rem se maxime dignam, et praeterea debitis
laudibus prosequendam. Data Regiomonti, 10. Dec-
cembris, Anno [M.D. LXXXII.] 1582.

[Georgius Fridericus Dux Prusiae]